

P R A E F A T I O

SCHOLIIS OLYMPIODORI IN GORGIAM
PRAEMISSA E CODICE MSTO NUNC PRI-
MUM EDITA A ROUTHIO

Σχόλια *) σὺν Θεῶ εἰς τὸν τῆ Πλάτωνος Γοργίαν,
ἀπὸ Φωνῆς Ὀλυμπιοδῶρος τῆ μεγάλης Φιλοσόφου.

„Πολέμους καὶ μάχης φασὶ χεῖναι, ὦ Σώκρα-
τες“ 1) — — ἰστέον ὅτι ὁ διάλογος περιέχει δια-
λεγό-

*) Codex Regius Parisinus, cuius usus sum apographo, chartaceus est, manu Angeli Vergicii Cretensis anno 1535 Venetiis exaratus, et continet praeterea Olympiodori commentarios in Alcibiadem Priorem, Phaedonem et Philebum. Numero MDCCCXXII in eius bibliothecae catalogo notatur. Codex etiam, qui in Bibliotheca Sangermanensi servatur, cum Regio in usum meum collatus est; sed recenti admodum manu scribitur.

ἀπὸ φωνῆς) Mos olim erat discipulis philosophorum scripto excipere ea, quae a magistris audiverant. Idem ex initio quoque commentarii patet, qui Olympiodori est in Phaedonem. Et duplex quondam extabat Gorgiae explicatio, ex ore Hieroclis a quodam discipulo excepta. Vide Photii Biblioth. Cod. CCXLII. p. 1038.

Ἰ) Ὀλυμπιοδῶρος] Scriptores plures huius nominis fuere. Noster saeculo post Christum natum sexto ascribendus videtur; certe, quod dudum notarunt docti, Damascium saepius in commentariis suis laudavit. Floruit autem ille Damascius regnante in Italia Theodorico, hoc est, inter annos 493 et 562.

1) Verba sunt, quae Platonis Gorgiam auspicantur,